

Kreis Steinfurt

S 187

1270 Mai 12 Tecklenburg.

[70]

187

Ritter Lutger von Brochterbeek überträgt den Johannitern zu Steinfurt das Eigentumsrecht des von ihnen angekauften Erbes Hageböök, Käpl. Burgborst.

Nos Ludgerus miles dictus de Bruchterbeke, dapifer in Tekeneburg, protestamus in hiis scriptis, quod proprietatem domus in Hagenberge, quam magister Bernhardus et fratres domus hospitalis sancti Johannis in Stenvordia a nobis pro quinquaginta quatuor marcis emcionis titulo comparaverunt, una

cum uxore nostra Albera et pueris nostris in presencia castellanorum Tekeneburgensium beato Johanni baptiste, dicto magistro Bernardo et fratribus hospitalis Stenvordensis cum hominibus eandem domum inhabitantibus, lignis, pratis, pascuis sive aliis quibuscunque suis attinenciis libere et absolute contulimus et presentibus conferimus in perpetuum possidendam. In cuius rei testimonium et munimentum presens scriptum nostro et castellanorum sigillis fecimus roborari. Datum Tekeneburg, anno Domini Domini (!) M^occ^olxx^o, ipso die Pancracii et sociorum eius. Presentibus hiis: domino Lamberto Budden, Godescaleo filio suo, domino Hinrico dicto Ungenathe, domino Gysikone dicto de Scolden, domino Hinrico dicto de Soltbroke, Alexandro famulo dicto de Langen, Ottone famulo dicto Kesekoref, Gerhardo famulo dicto de Mettingen, Arnoldo famulo dicto de Ymedorpe et aliis quam pluribus.

Orig. 2 Siegel: der Burgmannen von Tecklenburg (3 Seoblätter) und des L. v. Brochterbeek (Unter). VIII. Rep. II. 1. b. 3. Nr. 7.